BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1120

M. S. L. 111, 92.



Sanctus Ioseph Puer Iesus Dei filius et Maria Virgo Deipari
Omnipotens sacro conducit Pneumate Christum
Dum Matri Puer est Subditus atque Patri

EGIUM LUDOVICI MAGNI
BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITE DE FRANCE.

Brevissima Conscribend-arum Epistolarum Ratio

De Epistolae Partibus

Sex Epistolae partes = constituuntur nimirum exordium, Narratio, propositio, confirmatio, confutatio, et peroratio

In Exordio captatur benevolentia ipsius ad quem scribitur, vel ab officio personae nostrae, aut a commodis eorum ad quos scribimus, aut a rebus ipsis quae tractandae sunt. Exordium etiam sumitur aliquando ab insigni aliqua sententia, a fabula, ab adagio ab affectus vocabulo ut sunt Gaudeo doleo demiror sed maxime videndum est ut brevissima sint exordia neque prolixi oribus verborum ambagibus diffluant.

De Narratione

Narratio Est propositio de proict-
ca de quibus sermo erit instituendus vel thema
aut statum causae proponit.

Confirmatio varijs argumentis rem -
propositam roborat et confirmat.

In Confutatione refelluntur ea quae -
ab adversario vel obiecta sunt vel obijci possunt.

Postremo denique sequitur peroratio in
qua post brevem principiorum argumentorum -
enumerationem animos movendos ad quem scribi-
mus afficimus;

Praecepta Narratoriae Epistolae.

Primum Epistolarum genus
Narratorium a Marco Tullio Romanae -
eloquentiae parente constituitur cuius causa -

Epistola ipsa est inventa ut absentes de rebus doceremus si quas illos scire aut nostra aut ipsorum referret.

In ipsius exordio expressio quaedam amoris sive nostri et officij deinde in narratione res ut gesta sunt exponuntur servato rerum ac temporum ordine.

In Confirmatione probabimus ea quae scribimus argumentis et testimonio et Scripturis, et Iure et Legibus.

In Confutatione si quid contrarium obijci potuerit dissolvitur. Denique in fine nostram solemus amico ~~[illegible]~~ operam polliceri.

Responsio Ad Narratoriam Epistolam

Exordiemur Ab Expositione